



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiae**

§. 5. Quæ res vendi possint, vel non, vel quæ vendi debeant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

rati res vendita & tradita, præferenda est Ecclesiæ. Ratio, quia Ecclesiæ, loca pia, & Ciuitas priuilegiū habent, vt ipsis per legatum, donationem, venditionem, dominium absque rei traditione acquiratur. l. vlt. C. de SS. Ecclesiis.

- 29 Quæ in fraudem alienata sunt gratuito titulo, à venditoribus intra annum repeti possunt, etsi donatarius fraudis ignarus fuit; (modo res extet; nam si consumpta, non amplius obligabitur donatarius, quam inde locupletior factus est.) Quod si vero titulo oneroso alienata sunt, v. c. Venditionis titulo rescindi non potest, si alienatio facta fuerat ignoranti.
- 30 Si donatarius sciat, donationem fieri cum iniusto damno creditorum, videtur in conscientia obligatus ad restituendum, tamen si non repetatur. Cooperatur enim donatarius ad talem alienationem consentiendo, seu acceptando, vnde licet suadendo non impellat, ideoque non sit causa efficiens quoad principium, est tamen causa efficiens quoad executionem.

## §. V.

*Quæ res vendi possint, vel non.*

- 31 Res sacra, homo liber (extra necessitatem) item publicum forum vendi non possunt.
- 32 Ea quæ in spe sunt, fœtura gregis, fructus agrorum, lucra; item iura nostra & actiones vendi possunt: sed actiones non potentiori ratione officii seu potestatis exercendæ in debitorem.
- NB. Debitum quod difficile ac solutionem habet, tantò minus valet. v. c. 90. hoc anno soluendo pro 100. futuro anno.
- 33 Probabile est, quod ius seu chirographum ad accipiendum

ciendum sequente anno 100. minore tunc emi possit, pua 90. Ob periculum aut difficultatem assequendi: ob cessans lucrum seu commoditate presentis pecunie, qua se priuat emptor chirographi.

Nemo inuitus rem suam vendere cogitur, exceptis casibus publicæ necessitatis, aut publici fauoris. 34  
 1. Si publica necessitas & inopia sit. v. c. frumenti, &c. tunc cogi possunt ciues ad vendendum, & in casu communi solis ciuibus & non exteris, si vtrisque non sufficiat. quod maior in necessitate priorum ciuium, quam exterorum ratio habenda sit. Cuiusmodi legibus iustis, latis in commodum communitatis etiam Clerici se conformare debent. 2. Ob fauorem publicum, vt si fundus personæ priuatæ necessarius sit ad palatium principis, collegii, ampliandum, & prohiberi potest, ne quis altius ædes ædificet, si exinde videri possint religiosi, damni tamen debet fieri compensatio. Artium quoque professores cogere possunt fabrum ferrarium, vt ex officina sua migret, si publicis lectionibus, quarum publicus fauor censetur, impedimentum creet. 3. Si dominus alicuius loci, nimia sæuitia utatur in suos subditos, & monitus non desistat, à Magistratu compelli potest ad vendendum dominium, vel omnino priuari iurisdictione.

## §. VI.

### *De Retractu Gentilitio.*

**R**etractus gentilitius est ius, proximo venditoris consanguineo concessum, factam venditionem ad se reuocandi, eodem oblato precio, aliisque quibusdam obseruatis. Ratio; Ne possessiones paternæ ad alienas manus veniant, quod satis lugubre esset.

NB. No.